



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Laurentij Arthuri. n. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

fuit Re^stor, & Nouitorum demandata est ei cura per quadriennium; & Pre-
fectum rerum spiritualium egit pluribus annis, ea vigilantia & accuratio-
ne, ut eorum locorum Annuae litterae dicitur pronunciantur, dici posse om-
nes fere eius Provinciae præcipios Patres in Christo genuisse.) Præter-
quam quod inter haec per viginti annos, Bransbergæ & Vilnæ, Con-
scientiæ, & capitum in quæstione cum Hæreticis positorum nexus apud
frequentes auditores explicauit, non minori Doctrinæ quam pietatis
commendatione, Antistiti^r Vilnensi & Samogitiæ in primis carus, & a-
pud clerum vniuersum in veneratiōne habitus. Anno octogesimo vii di-
ximus, cum Patre Gulielmo Good Congregationi Generali interfuit,
cum iure suffragij, at sexentesimo quinto supra millefimum vite exi-
mia cum virtute peractæ parem exitum iungens, omnibus sui reliquit de-
siderium, tertio nonas Iulij: ab anno septuagesimo octauo quatuor vo-
torum professus.

XII. Laurentius Arthurus Faunthæus in ijsdem regionibus scriptis c-
tiam commentarijs Societatem illustravit; quorum indicem cum no-
ster Ribadeneira & Alegamb^e diligenter texuerint, non erit lectori graue
hic prætermittere. Orsus nobili familia Leicestrensi tempestiu^r serpenti per
Angliam Hæresi se subduxit, Nam annos non plus sedecim natus, cum
Louanij, inter Conuictores, Logicæ operam daret, in Societatem admis-
sus est, anno septuagesimo. Româ deinde, etenim Theologiæ Stadio, in
Poloniam missus, Poloniæ diutissimè de Quæstionibus fidei disputauit,
& proteruiam Ministellorum contrahitentium, veritate de altiore loco
proposita, & libris in lucem editis compelxit; non mediocrem existima-
tionem tum morum insigni probitate, tum doctrinæ momentis in vniuer-
so regno consecutus. At Vilnæ anno nonagesimo primo, post quatuor
votorum recenter factam professionem, morbo corruptus, præmaturè vi-
deri potuit humanis esse subtractus, nisi qui flores optimi Religiosi in
hortis enalcuntur, ijdem caelestibus pratis ornandis censeri debeant ap-
tissimi.

XIII. Luxere & in Germania & per Belgium alij scientiæ & vir-
tutum ornamenti clari. Ioannem Viceum Oxoniensem Catalogus Ingol-
stadiensis memorat Philosophiæ & moralis Theologiæ Professorem.
Idemque in indice Romano fertur Rhetoricam & Græcas literas atque a-
lia docuisse. Tum post quatuor votorum Professionem in Augusto anni oc-
togenimi octauo editam, Septembri in sequenti è viuis sublatu^r est, cum virgin-
ti quinque annos in Societate utiliter posuisset.

Thomas etiam Gulielmi, & ipse Oxoniensis, post Philosophiam Ro-
mæ, Theologiam Viennæ in Austria auditam, vix anno tertiam Gram-
matices, at duos super viginti Mathesim explicauit Olomucij, ab alijs
interim muneribus obcundis non immunis; nam Ministri procurati-

Munera
quæ gesitæ

Laurentius
Arthurus.
Vid. Pite-
zium Ao.
1591.

Ioannes
Viceus.

Thomas
Gulielmi,

C

toris,